



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Donatio Curiae in Amelstorf.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

Donatio Curiae in *Amelstorf*.

NE rerum gestarum labatur memoria, inuenta sunt remedia scripturarum, quae consueuerunt fragilitatem humani generis aeternare. Hinc est quod nos *Berchtoldus* Dei gratia *Babenberg*, Ecclesiae Episcopus ad notitiam tam futurorum quam praesentium peruenire cupimus, quod dilectus fidelis noster *Ekkardus* de *Ambolstorf*, Curiam sitam in *Ambolstorf*, quam a nobis & a nostra Ecclesia in feodo habuit, praesentibus viris honorabilibus & fide dignis videlicet consanguineo nostro *Alberto de Hals*, *Alberto* incluso *Ortolfo de Wenge*, recognoscens ius Praepositi *Dietpoldi* venerabilis & Conuentus in *Osterhouen*, & quod ultra iurium calculum, super processione eiusd. *Chunn*, *Otto* lib. denar. Ratis. idē Praepositus dederit recurrens ad propriam conscientiam libere & voluntarie pro suis peccaminibus, super aram S. *Margaritae* in *Osterhouen*, sine doli scrupulo resignauit, quam resignationem diligentissime approbamus indagantes veritatis experientia ita esse, & ob hoc eandem Curiam in *Ambolstorf* Praeposito *Chunn*, venerabil. in *Osterh.* & Conuentui ibidem contulimus resignationem praebitam nostri sigilli robore confirmantes. Et ut haec in conuulla permaneant atque rata praesentibus litteris testes idoneos duximus inferendos. Qui sunt *Emecko* Decanus Ecclesiae *Babenberg*, *Johannes* Decanus de *Muchel* Scholasticus ibidem, *Frid.* de *Weitzmen*, *Frid.* Custos Ecclesiae S. *Jacobi* in *Babenberg*, *Wernhardus* nostra curiae Capellani & nob. *Pupertus* de *Hertenstein*, *Vollandus* de *Wissentotiae*, *Berchtoldus* de *Wkenperge*, *Chunn*, *Chrumlimus* *Vricus* dapifer noster de *VVeinensorf*, *Brumwardus* de *Babenberg* & alij quam plures. Datum apud *Nideraltach*, an. Domini M. CC. LXXVI. in d. e. beati *Remigij*.

Littera Decani *Patauien*.

NOS *VVolfkerus* Dei gratia Decanus Ecclesiae *Patauien* tenore praesentium profiteamur quod bonae memoriae D. *Albertus* quondam *Osterhouen*: Praepositus de assensu Conuentus sui curiam villicalem in *Prukke* quam olim *Ortlinus* in *Nouo foro* dum viueret praecaria possedit filio eiusdem *Ortlini* *Vbrico* impletori & uxori suae *Machtildi* recepta ab ipsis certa pecuniae quantitate concessit iure precario ad vitae ipsorum tempora sub conditionibus infra scriptis videlicet quod ipsi annis singulis vitae suae nomine seruicij insignum Domini & proprietatis titulum in Natiuitate beatae virginis X. sol. Ratis. mon. persoluant Ecclesiae *Osterhouen*. sublatiisque ipsis ab hac vita, dicta Curia ad Ecclesiam *Osterhouen*. libere reuertatur. Profitemur etiam quod vir honorabilis D. *Vbricus* Abbas Ecclesiae *Osterhouen*: eundem contractum sub praemissis conditionibus de assensu sui Conuentus coram nobis similiter confirmauit. Vnde ne possit suboriri calumnia rogati a partibus praesentes dedimus litteras nostro sigillo munitas. Datum *Patauia* anno Domini M. CC. LXXIX. feria V. proxima post Pascha, Amen.

Quod nobis liceat nostras Ecclesias Parochiales inofficiare.

Vniuersis praesentes litteras inspecturis, *Milo* miseratione diuina *Suessionen*: Ecclesiae minister humil. salutem in domino. Nouerint vniuersi, quod nos anno Domini M. CC. LXXXIV. die Mercurij post festum beati *Dyonisij* in quodam priuilegio quod sic incipit, *Clemens* Episcopus seruus seruorum DEI, dilectis filiis Abbati *Pramonstraten*. Ecclesiae eiusque fratribus tam praesentibus quam